



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

CONSILIVM X.

IN causa, quam habet Do. Nicolaus de Strata cum Do. Nicolao Gaita, super prae-benda olim Do. Gregorij de Riftis, Do. Nicolaus de Strata de iure vñ obtinere debere, non obstante optione Do. Nicolai de Gaita facta iuxta constitutiones, seu consuetudine capituli, in primis, quia promissio à Papa facta dicto D. Nicolao de Strata dñ facta cum spālī clausula derogatoria statutorū, seu consuetudinis ecclesiae, in qua est illa prae-benda, & vbi cūq; † Papa prouidet, seu mādāt prouideri alicui ad illius petitionē cū speciali clausula derogatoria, non obstante consuetudine, seu statuto ecclesiae, quod ad mitteret antiquiorem canonicū posse optare prae-bendam vacantē, prout in casu occurrenti, spālīter hmōi statuto, seu consuetudini ecclesiae fuit derogatū, non est locus optationi, & itatutū, seu consuetudo quoad illam prae-bendā seruari non debet, secus si gñaliter fuisset illi derogatum, arg. c. si clericus. & c. cui de non sacerdotali. de prae-b. in 6. & est doctrina Lapi, quam refert, & sequitur Gemin. in c. si. de consue. in 6. in §. in prae-bendis. col. 1. in vers. quid si Papa. & ibi etiam idē Lapus, quem refert, & sequitur ipse Gemin. ibidē in 1. col. vers. nam quodocūq; & c. dicit, qđ tñcūq; Papa scribit super prae-benda vacatura, semper illam dispositioni suae reseruasse dñ, & iō optationi locus non erit, quia reseruando abrogat omnes leges, & statuta, tollitq; ceteris omnem prae-tem conferendi, & consequenter statutum, seu consuetudinem, ex quibus ptās optandi datur, & praedicta procederent, etiā si reseruatō specialiter facta fuisset, puta spālīter scribendo super certa conferenda vacatura ē ad petitionem alicuius, nam tunc siue Papa illam cōferat, siue mandat conferri, non est locus optationi, quod est statutum, seu consuetudine ecclesiae expressam fecerit mētionem, prout fecit in casu, de quo agitur, per plura, quae allegat Lapus, & refert Gemin. in d. loco. Praeterea prae-benda dicti olim Do. Gregorij, quā praefatus Do. Nicolaus Gaita optauit, habet annexum ordinem sacerdotale, seu ab illo dependet, vt in facto praesupponitur, ergo ad illā non pōt admitti, nisi constitutus in ordine sacerdotali. arg. d. c. cui. de non sacerdotali. cum glo. & in c. si cui. cum glo. de prae-b. in 6. Sed Do. Nicolaus Gaita non est in ordine sacerdotali cōstitutus, ergo non potuit ad hmōi prae-bendam optandam admitti, alius verō Do. Nicolaus est presbyter, & in ordine sacerdotali: & si Gaita non potuit ad optationem prae-bendae admitti, nec ē ad optationem domorum, aliorumq; cōnexorum, tum quia de domibus quoque, & alijs cōnexis in literis Do. Nicolai de Strata specialis fit mētio, sicut de ipsa prae-benda, tum quia † de domibus, alijsq; cōnexis iudicatur, vt de principali prae-benda ad not. per Gemin. in c. nulla. 12. q. 2. c. id constitutum. 17. q. 4. c. 1. de immū. eccl. Archid. in c. 1. de censib. & Inn. in c. volentes. de priui. in 6. Cōstat ēt ex collatione Papae specialiter facta dicto D. Nicolao de Strata de canonicatu, & p̄bēda, qđ Papa canonicatum, & prae-bendā saltem generaliter sibi reseruauit, de qua reseruatione constat ex narratione ipsius Papae facta in literis dictae collationis, super qua ipse se fundauit; vt in cle. 1. de probat. Quo fit, vt per hāc generalem reseruationem illorum collatio ad Papam spectaret, & ideo de eis ex statuto, vel consuetudine ecclesiae optatio fieri nō potuerit etiam ante, quā per Papam collatio facta fuisset, quia per Papā non solum reseruatō generalis, sed etiam postea specialis collatio de illis facta fuit dicto Do. Nicolao de Strata. Nec obstat tex. in d. c. si. de cōsue. in sexto. quia procedit, quando per Papam postea etiam specialis collatio non fuisset facta per iura, & rationes. Archi.

Consiliorum

Io. And. & Gemin. in d. §. in prae-bendis. circa prin. Praesupponitur ēt in facto, qđ Do. Nicolaus de Strata fuit subrogatus in iuribus D. Secundi Tamagri S. D. N. Papa parafrēnarij, cui motu proprio Papae fuerat concessa gratia de primo canonicatu, & prae-benda vacaturis in ecclesia Vercellensi, & cum speciali derogatione statuti, & consuetudinis ecclesiae loquentium de optione facienda, prout de hac gratia constat in literis ipsius Papae, ergo uacantibus in dicta ecclesia canonicatu, & prae-benda per obitum dicti Do. Gregorij, non potuit esse locus optationi, tum ob reseruationem, qua dictus canonicatus, & prae-benda af-fecti fuerunt, tum etiam quia † quando Papa motu proprio facit gratiam super canonicatu, & prae-benda vacaturis, vel quando specialiter derogat statuto, & consuetudini ecclesiae de optatione loquentibus, cessat ius optandi ad tradita per Lapum, & Gemin. in d. §. in prae-bendis. in vers. quid si Papa. & in vers. nam quodocūq; & per Do. de Rota in decis. 30. in nouis. incip. si mandetur. & in decis. 219. in antiquis. incip. nota, quod secundum. Haec ad fauorem praefati Dom. Nicolai de Strata breuiter dicta pro nunc sufficiant. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Possessorium summarium, extraordinarium, & quodammodo indicij ordinarij, & plenarij preparatorium dicitur, quando indiget mandat alicui sub poena, nec alium in sua possessione, uel quasi turbet, & molestet.
- 2 Et ad quem finem fiat hoc iudicium, & quid in eo agendum.
- 3 Et in quo differt ad iudicio postea faciendo super petitorio, uel super plenarij possessorio.
- 4 Interdictum uti possidetis, & possessorium retinende ordinarij, quando, & pro quibus detur, & quis in eo obtimeat. & num. 15. & 16.
- 5 Canonicatus supernumerarij differt specie, & substantia à canonicatu numerario, & gratia, siue promissio de supernumerario facta alicui non extenditur, nec ius aliquod tribuit ad canonicatum numerarium postea uacantem.
- 6 Continuatio possessionis, uel quasi, quando ex prioris possessione fieri dicatur, & sufficiat absque eo, quod noua possessio apprehendatur.
- 7 Continuatio domini ipso iure datur, sed non possessionis, etiam concurrente fauore ecclesiae, & pie causae.
- 8 Ad acquisitionem quasi possessionis canonicatus quid requiritur.
- 9 In canonicatus supernumerarij quasi possessione existens non potest postea ex causa canonicatus numerarij incipere possidere, seu suam quasi possessionem continuare. & supra nu. 7.
- 10 Canonicatus, beneficij quasi possessio transferri in alium, & acquiri alij potest mediante relaxatione, & cessione alteri, & notario eius nomine recipientibus facta.
- 11 Et an ratificatio acquiratur.
- 12 Canonicatus, & beneficij quasi possessio non potest absque canonica institutione, & titulo saltem colorato acquiri.
- 13 Exequutor literarum ad beneficia in earum executione debet citare eos, apud quos tunc possessio beneficij esset.
- 14 In spiritualibus, & beneficialibus ad obtinendum in iudicijs possessorijs non prodest habere possessionem absque titulo saltem colorato.
- 17 Promissio facta alicui de canonicatu supernumerario, nec non de prae-benda uacatura, is non potest ad prae-bendas canonicatibus numerariis annexas regressum habere, & quae prae-benda sit illi debita. num. 18.
- 19 Potior in canonicatu dicitur etiam potior in prae-benda illi annexa.
- 19 Gratia, seu promissio facta iam recepto in canonicum de prae-benda uacatura dicitur extincta per renouationem omnium gratiarum expellatarum.

E P I T O M E.

Ex promissione vni facta de canonicatu supernumerario, cuius quasi possessionem habuit, & adeptus fuit, nec non de prae-benda uacatura, nullum ius possessionis,

de quo agitur, quia Do. Franciscus non rōne delicti fuit naturali possessio, seu fructibus bñficij priuatus, sed tantum uoluntate sua occurrente dispositione se dis Apostolica, ex qua fructuum separatione, vti iam dixi, non desist esse canonicus, nec iura canonicatus habere, nisi quatenus consensit, uidelicet quoad fructus tñ, & alias obuentiones canonicatus: Ex quibus & pluribus alijs, quæ adducere potuissim, si aduersa ualitudine in pñtia non opprimeret, mihi de iure uerius esse vñ, q̄ Do. Franciscus in actibus ad canonicos pñtibus sit ipsi Do. Ioanni præferendus, saluo tñ semper integerrimo iudicio præfati Reuerendiss. Dom. Episcopi, cui me plurimum commendo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Eligendi potestas uni competens ad alium non deuoluitur, nisi data negligentia prioris, qui infra tempus à iure statutum non elegerit.
- 2 Præbenda canonicatui unita censetur esse quid indiuiduum, & cōnexum cum canonica, & quid spirituale, sicut canonica indicatur.
- 3 Præbenda tantum optata, etiam canonica censetur optata, quando illi præbenda est annexa. & num. 6.
- 4 Difficilium coniungit non principaliter, sed accessorie.
- 5 Statutum in materia exorbitanti, & contra regulas iuris communis debet intelligi in casu, in quo loquitur, & non in alio.

E P I T O M E.

STANTE statuto ecclesiæ, q̄ antiquior canonicus possit infra decem dies optare canonicatum, & præbendam, seu canonicatum cum præbenda, si præbenda sit annexa canonice, canonicus antiquior infra tēpus statuti optando præbendam tantum ualide, iuxta dispositionem statuti optauit, ceterisq; præferit, qui et ante illum canonicatū, & præbendam candē optassent.

C O N S I L I U M I X.

- S**TANTE statuto ecclesiæ Augustensis, & optione facta per venerabilem D. Petrum de canonicatū, & præbenda sub titulo S. Nicolai, Dubitatur, utrum ipse D. Petrus, qui prius dictum canonicatum, & præbendam optauit, præferendus sit Do. Ludouico antiquiori canonico, qui exposit facto, infra tempus tamen datum à statuto, optauit, an uerò e contra: Et vñ dicendum, q̄ Do. Ludouicus sit admittendus, & præferendus in optando, tum quia est antiquior, tum quia infra tempus de bitū, & à statuto assignatū optauit, ergo t̄ prior optio facta per Do. Petrum non debuit illi nocere, quia D. Petrus debuit expectare lapsum decendij à statuto assignati, & ante optando nihil fecit, nec potuit præiudicare D. Ludouico antiquiori canonico, qui in optando negligens nō fuit. c. nulla. c. quia diuersitatem. de concess. præb. & c. licet. cum seq. & seq. de suppl. neglig. præl. cū, ubi dñ, pñas deuoluatur ad alium, data negligentia prioris, qui infra tempus à iure statutū non elegit, & non aliter. Nec obstat, q̄ D. Ludouicus simpliciter præbendam non optauerit, & non canonicatum, & statuti exposcit utrunq; debere optari, quia respondetur, q̄ præsupposito fm ea, quæ mihi in facto proponuntur, q̄ præbenda sit unica canonicatui, ut quia in ecclesia sit taxatus certus numerus canonicorum, & quælibet canonica suam habeat præbendam annexam, quo casu præbenda censetur esse quid indiuiduum, & connexum cum canonica, & indicatur quid spirituale, sicut ipsa canonica. c. dilecto. de præb. seq. q̄ non refert, an quis optauerit canonicatū de per se, an præbendam de per se, an uerò utrunque, qm̄ t̄ optando præbendam tñ censetur et optare canonicatum, & e contra rōne indiuiduitatis, & connexionis. arg. d. c. dilecto. & eius, quod dñ de illo, qui pro parte tñ haretatem adit, qui dñ esse hæres in totum rōne indiuiduitatis, cum iura abhorreant, quem decedere pro

parte testatum, & pro parte intestatum. l. unica. cum ibi plenè not. C. quando non peten. par. l. r. & 2. & l. qui ex duabus. in fi. ff. de acqu. har. cum sim. ibi alleg. Vnum. n. corpus indiuiduum censetur præbenda, & canonica in casu nostro, in quo præbenda est canonice annexa. d. c. dilecto. ergo quis partem habere non potest, quin totum habeat. ¶ Ex opposito autem, q̄ Do. Petrus sit præferendus, nec optio facta à Do. Ludouico attendi debeat, facit, quia statutum à Papa confirmatum copulatiuè, & sæpius repetendo requirit, q̄ antiquior canonicus optet canonicatum, & præbendam, ergo non sufficit optare solam præbendam, quia de natura copulatiua, seu orationis copulata est, requirere cōcursum utriusq; partis, adeo q̄ ad illius ueritatem alteram partem tñ adimplere non sufficiat. l. si is, qui ducenta. S. cum ita. ff. de reb. dub. & l. si quis ita. ff. de uerb. obli. Præterea statutum, ac et confirmatio Apostolica exposcūt, ut antiquior canonicus prius & principaliter optet canonicatum, & accessorie præbendam, ut patet ex illis uerbis canonicatum cū præbenda & c. nam t̄ dictio cum coniungit non principaliter, sed accessorie. l. 1. 2. & 3. ff. de pecul. lega. & S. sed si quis. in fit. de leg. satis igitur non erit præbendam simpliciter optare, qm̄ t̄ cum sumus in materia exorbitanti, & cōtra regulas iuris cōis, statutum illud debet intelligi in casu, in quo loquitur, & non in alio, ut uoluit Cald. in consi. suo 3. & 7. sub tit. de consue. sed statutum expresse disponit, q̄ antiquior canonicus possit optare canonicatum, & præbendam, seu cum præbenda, & de forma illius esse vñ, q̄ canonicatus, & præbenda copulatiuè optari debeat, ut supra, ergo locum non habebit, qm̄ præbendam simpliciter optaret, nam forma statuti est seruanda. c. cum dilecta. & ibi omnes, maxime Moder. extra de resc. ¶ His tamen non obstantibus magis inclino in primam partē, q̄ præferendus sit D. Ludo. qui infra tps sibi à statuto assignatū optauit, primò p̄ rōnes supra in primo loco allegatas, nec non ex eo, q̄ optio facta à Do. Petro, qui pendente adhuc tpe decem dierum prefixo D. Ludou. antiquiori canonico optauit, fuit nulla, & fieri non potuit ad iudicium antiquioris canonici, cui ius optandi erat acquisitum. arg. c. decernimus. 16. q. 7. & c. 2. de suppl. neglig. præl. ibi extūc tibi liceat, & c. Nec obstant ad ducta pro parte Do. Petri, quia ex dictis supra colligis responsio, t̄ nam cū præbenda sit annexa canonice, utiq; optando præbendam dñ rōne cōnexionis canonicatū optasse. arg. d. c. dilecto. & l. qui patri. cum ibi not. ff. de acqu. her. & qui uult consequens, niderit uelle antecedens necessarium, & connexum. l. illud. & ibi gl. & Doct. ff. co. ti. de acqu. here. Sed tamen id rectius sentientibus cogitandum relinquo, nam ego de sententia mea simpliciter requisitus, hæc in presentia breuiter magis de iure esse existimauit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Optatio præbende iuxta consuetudinem, seu statutum ecclesiæ locum non habet, quando Papa alicui etiam ad illius petitionem prouidet de præbenda cum speciali clausula derogatoria dicti statuti, seu consuetudinis. & num. 6.
- 2 Idem, si Papa præbendam uacaturam, siue generaliter, siue specialiter, & ad petitionem alicuius sibi reueruasset. & num. 5.
- 3 Ad præbendam habentem annexum ordinem sacerdotalem, seu ab eo dependentem admittitur is solum, qui est in ordine sacerdotali constitutus.
- 4 De connexis præbenda idem indicatur, quod de ipsa principali præbenda.
- 6 Optandi ius cessat, quando Papa motu proprio facit alicui gratiam super præbenda, & canonicatu uacaturis, uel quando specialiter derogat statuto, seu consuetudini ecclesiæ de optatione loquentibus.

EPI TOME habetur supra in summ. sub num. 1. & 2.

c 4 CON-